

**www.e-rara.ch**

**Rapsodie historiarũ Enneadum Marci Antonij Loccij Sabellici Ab orbe condito Ad annum Salutis humane 1504. ...**

**Sabellicus, Marcus Antonius**

**Paris, 1509**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: IV B 20 | G - IV B 20: a | G

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-70270>

M. Antonii Coccii Sabellici epistola apologetica.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# R. Antonij. Loccii Sabellici

M. ANTONIVS SABELLICVS DEMOCRITO.



**Q**UID AMICI hominis apud amicū valeat autoritas: quū sæpe alias sum Democrite expertus: tū præcipue his diebus in tua amicitia. Certus eram nolle nūc edere has nostras Enneades; quibus sum omnium gentium cōplexus: a primordio mundi ad Arcadii & Honorii tempora. His. n. imperantibus Roma direpta a Gothis & incēsa labefacta: tari coepit Ro. impiū: pressissemq; tādū has meas vigiliās quoad extrema manus institutæ imponeretur historiæ: nam eo cōsilio ad scribendū venimus: vt ad nostrorū temporū memoriā præsens rerū explicatio extenderet: si tandū supesset vita. Videbam ad hæc fore vt quo luctubratio hæc magis maturisset: eo tutior futura esset editio. Sed neq; amicorū plarūq; neq; tu omnium amicissime: passus es ita euenire: quī Ioannis Harmonii Marisi: iuuenis doctissimi & vtriusq; nostrū familiaris cōsilio: vt mihi dicit: vsus; hortando monendoq; nisi per partes opus ederetur: futurū vt lector eius magnitudinē pertesus: prius fastidire coepisset: q̄ lectio quæ pponeretur qualis esset iudicari posset: facile perpulisti vt mutato cōsilio: quicquid erat laboris huius exhaustū tuo hortatu pateremur in apertum exire. Cæterū ne præcipitari videretur editio quæ maturari non potuit: quantū in variis occupationibus: per quas ne aspirare quidem datur efficere potui: diligenter curauī vt q̄ emendatissimæ hæc nostræ Enneades impressoriam subirent officinam: in qua nuper recognitione: multū ac supra q̄ dici possit nostrū iuuat laborē Bernadinus Cadolus Camalduēsis monachus. vir diuinatū humanarūq; litterarū: vt sis impense doctus: & ex Brixiana illa probitate: quā Plinius celebrat multū referens. Fuit illius opera tā nobis utilis q̄ iucunda: & in his præcipue quæ ad sacrā attinent historiā: sed satis scio frustra vtrūq; laborasse: nisi tua fides & industria id demū mihi præstiterit: vt lucubratio hæc maneat nobis inoffensa ab omni opificū iniuria Instando: monendo: singula p̄sitando dabis operā vt factū & rectū inde opus: omnīq; ex parte emaculatum nobis restituatur. Nam qd̄ ad historiæ fidem attinet: nullam reformido calumniā: quum omnia quæ scribunt vetustissima sint: & procul ab hominū memoriā remota atq; ex his potissimum scriptoribus excerpta qui historiæ legem nō seruasse solū: sed constituisse etiā videri possunt: quā ob tractationis ansam adepti alienarū rerū oblatratores nostram: vt audio: fidem in Veneta criminant historiā: tanq̄ in ea relatione q̄ in nostra descendit tempora periclitari necesse fuerit: nec fieri potuerit vt non gratia aut odiū stilū a vero deflexerit. Quæ hominū calūniā siquid habeat ponderis Thucidides Zenophon: Polybius: Iosephus: Egisippus: & ex nostris Liuius: Crispus: Cornelius & alii qui pmulti sunt pro vanis tepudari possunt: qui non res tantū suorū temporum in litteras misere: sed quibus etiam gerendis eorum aliqui præfuerunt. Cæterū nullus est: qd̄ ad calumniæ vanitatē attinet: in Veneta historia locus: vt publice testari soleo: quem non s̄m vel magna sponione paratus in Venetis annalibus ex fide representare: aut in his certe qui cōmētarios de ea re scriptos reliquere. Qd̄ si domesticis scriptoribus est fides abrogāda: Liuius fabulam scripsit non historiā: qui Romanos nō Punicos secutus est annales. Enimvero duobus recentissimis bellis: Otomanico & Ferrariēsi (qd̄ in Rhetico postea bello & Gallico feci) quia nulla adhuc de his rebus extabant litterarū monumenta: eorū sum fidem secutus: q̄ hoc vel illud obiuere negociū: nec vnus interim: sed plurium simul cōmentarios sequebar: quos de eadem re ad me datos diligenter cōferebam: vt non nisi quæ plures traderent ac propiora vero viderentur p̄ veris haberemus: in quibus siquid illi memoriæ lapsu (nam gratis mentiri qd̄ attinisset) a vero laborarūt: nō studiū mihi defuit verū indagandi: sed inueniēdi felicitas. Qd̄ non video qua alia veteres illi historiārū conditores vti potuerint ratione in suorū temporū rebus referendis: nam negociis omnibus interessē non potuerūt. Sed audi quæso q̄ sit cœca inuidia quæ nil aliud nouit q̄ aliena corrumpere. Vrbani obrectatores (nam vbi nam hæc pestis: non plus nimio inualuit!) quæ sunt Venetorū secūda mestrigide: & velut inuitū scribere criminant: siqua aduersariorum atrocitatem verbis augere. Contra externi plus æquo Venetæ laudi datū cauillantur: quæ diuersa calumniæ ratio plane arguit historiæ temperamentū: qd̄ tam hī q̄ illi ex caliganti inuidiæ specula nequeūt intueri. Sed si inuidiæ: quid verū sit: quid æquū persuaderi posset: vel hoc vno nos omni absoluerent suspitione: q̄ peregrinus homo veni ad res Venetas scribendū: nulli propemodū notus: p̄culq; a Venetæ Ciuitatis cōspectu totā (Verō est mihi testis) texui historiā. Fui p̄inde tūc ego tā p̄cul ab omni odio & gratia quū illa cōmētabar: q̄ in iis me esse oportuit q̄ nūc aliarū gentiū eduntur: sunt. n. ab omni hominū memoriā remota. Sed valeant inuidi ac ne non semp sit illis quod agere possint: Cepas mādere iubeo & flere. Tu mi Democrite quādo lucubratio hæc procul abest ab eiusmodi calumniā: da operam si me amas: vt in hac parte: quæ ad emendationem attinet: nullus

# Epistola Apologetica Fo. CXXVI

relinquat inuidia locus: qd si sedulo vt spero feceris: amabunt te merito q hanc non oderint lectio-  
nem. Vale: & si quis de Rapsodia voce nobis litem intenderit ita occurrto: me vnam grali nomi- Rapsodia  
nis partem secuti peregrinam maluisse vocem vsurpare: q̄ ex nostratibus vnam: que nulla satis ho-  
nesta fingi potuit. Qz q̄ meminisse poterunt illi fuisse (quod ad reliquum dictionis attinet) canere  
apud maiores quod nunc eloqui est: si Strabo verus est autor. Nec quia modulatus sit poetarū ser-  
mo minus quadrat nobis ratio: Est enim Historia poeticæ cognata historia: ac quodammodo solu-  
tū carmē vt scribit Fabius: idq̄ adeo verū est: vt Liuius autor grauissimus ab herosico hemistichio  
fit historiā exorsus: sed qui minus crudo erunt stomacho videbūt hæc & boni consulent.

FINIS.

CCXXVI

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



per  
Epi  
ce li